



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 56. Dissidia Flandrorum Procerum circa Bellum contra Gallos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. congruo cultu viveret, ad varios paran-
 A.C. 1486 dæ pecuniæ prætextus recurrere com-
 pulsus est. (*)

§. LVI.

*Diffidia Flandrorum Procerum circa
 bellum contra Gallos.*

*Argentre
 hist. Bretag
 lib. 12. c. 20.*

Verum ut res sese habuerit, Maximilianus ut bellum, quod Gallis indixerat, honestiori fuce coloraret, causa usus est ad speciem haud contemnenda; Cum enim Aureliæ ac Britannæ Duces in Francos bellum pararent, ipse vero eisdem

(*) Lectoris iudicio relinquimus, an hæc sit reflexio Historico Ecclesiastico digna; numque licitum sit, absque ratione, sine teste, propriis ex cerebro, & sub insulso quodam FORTE contra Regiæ dignitatis honorem, & Augustissimæ cujusdam Domus decorem ejusmodi convicium arbitrarie confingere? Si adeo parca fuit Friderici manus, si tam inops Maximilianus, quo nervo igitur, & tam prospero Marte, Gallos devicit, & contra Bohemos & Belgas in aciem progressus? FORTE doni gratuiti e Clero suo exacti prætextu usus est? Abunde habuit Maximilianus ad sustinendum dignitatis suæ splendorem, forte tamen citius hostes suos devicisset, si promptius a Patre suo ad iutus fuisset;

eisdem armorum societate junctus esset, ^{secul. XV,}
 horum copiis suas quoque adlegere, ut ^{A. C. 1486.}
 inquebat, ex lege foederis obstringebatur.

Ast optatus illius consiliis deerat suc-
 cessus; brevi enim Carolus VIII. cuncta
 Ducis Aurelianensis molimina dissipavit,
 & Convannarum Comite Aquitanniae
 Praefectura exuto, ipsius Comitatum
 Franciae regno aggregavit, & Engolis-
 mensem in obsequium redire compulit;
 demum vero armis suis in Britanniae
 fines excurrens, Britones tanto terrore
 perstrinxit, ut inter Provinciae Nobiles
 ingens exoriretur opinionum dissensio; nam
 nonnulli eorum, ne patriae salus perpe-
 ram discrimini exponeretur, Aureliae
 Ducis partes deserendas esse opinaban-
 tur: alii ex adverso ad repellendam vim
 parati, adversus Gallos arma capessenda
 suadebant. Ast bellum inferre Rex ani-
 mo haud volutabat, unice intentus, ut
 Nobilium animos hac in re exploratos
 haberet, quapropter Rivennarum Mare-
 scallum ceteris acrius belli consiliis oblu-
 scatum fuisse comperiens, quantocius ad
 illum ablegavit Spinacium Burdigalen- ^{d' Espinay,}
 sem Archiepiscopum natione Britan-
 num, & Buchagii Dominum, qui Ma-
 rescallo supplicarent, ut ipse Britanniae
 Duci de Regis animo a bello prorsus a-
 lieno fidem faceret, eumque induceret,
 ne rebellibus Regis Franciae subditis au-

Sæcul. XV.
A. C. 1486
xilio esset, iisdemque dabatur negotium, ut Duci, si has preces rejiceret, statim nunciarent, Regem coactum iri, ut ad compescendum Aureliæ Ducem Nobilibus Britannis necessarias suppeditaret copias.

§. LVII.

Maximiliani bellum adversus Gallos.

Faligny
hist. Car.
VIII.

Insuperhabitis hisce Caroli conatibus Maximilianus Romanorum Rex bellum auspicator: præprimis autem Flandros in gratiam recepit, eosque compulit, ut eum tanquam Tutorem Archiducis filii sui venerarentur, postea vero urbem Theruanam ex improvise capere tentavit: verum a Cordæo illius regionis Præfecto acriter invasus, ad Regni civitates, quæ pacis cum Rege Galloinitæ vades erant, literas dedit, questus, quod a Comite, & Bellojoviensi Comitissa, Galliarum Regis auctoritatem usurpantibus, contra jus fasque opprimeretur. Hæc Epistola per fecialem Lutetiam delata, in quodam conventu, qui in Urbis Prætorio cogebatur, recitata est, ad quam fecialis non aliud accepit responsum, quam quod Ministris regis dictare lubebat: Igitur Maximilianus hæc spe dejectus, Guisiam urbem occu-